



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

3. Quomodo B. V. Deipara eosdem zeli gloriæ Dei actus elicuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

oscitantia in hoc zelo exercendo.

**III.** Quàm zelosè desiderarit hos prædictos affectus tota vita continuare, atque opere ipso declarare, aliosque exemplo suo ad idem incitare, offerendo se ad quosuis labores, persecutiones, cruciatus, ipsamq; mortem subeundã, pro diuina gloria dilatanda, ac propugnanda, atque ad promerendam copiosam gratiam ijs, quorquor suum zelum vellent æmulari. Feruor proficiendi in zelo diuinæ gloriæ.

**III.** *Quomodo B. Virgo Deipara eosdem zeli gloria Dei actus elicuerit.*

**I.** **E**Xpende simili ratione quàm purros, intensos, constantes, & insatiabiles præfatos huius zeli affectus frequentarit zelosissima Virgo puerpera, non tantum corporis, sed viuæ etiam fidei oculis iugiter coram intruens absolutissimum huius zeli speculum, Filiũ Dei ad gloriam æterni Patris mundo manifestandam ex se incarnatum, idq;  
 1. Ob clariorem infinitarum perfectionum Dei, ob quas infinito honore esset dignissimus, cognitionem. 2. Ob intensiorem habitum amoris, & zeli honoris Dei, per tot heroicis actus tota  
 vita

vita frequentatos, acquisitum. 3. Ob  
abundantiorum auxiliorum peculiaris  
gratiæ meritis eius debitorum afflu-  
xum. Hos perfectissimos eius zeli actus  
sic ponderatos suspice, & imitare.

II. Quanto intimi doloris sensu defle-  
verit tantam ingratorum hominum in  
Deo creatore suo agnoscendo, colendo,  
amando, glorificando, omni obsequio-  
rum genere demerendo cæcitatem &  
focordiam, cum hic ultimus eorū finis  
sit, ad quem creati, & tot nature gratiæ  
& que donis sunt cumulati ! quoties &  
quāto affectuosius in se senserit id cō-  
pleri, quod de se fatetur regius Prophe-  
ta. *Vidi prauaricantes & tabescebam.* Et: *Psal. 138.*

*Tabescere me fecit zelus meus, quia obli-  
sunt verba tua inimici mei.* Et: *Exitus a-  
quarum deduxerunt oculi mei, quia non  
custodierunt legem tuam.* Compunctio de  
defectu zeli gloriæ Dei cum proposito  
emendandi.

III. Quā seriō proposuerit hos affe-  
ctus indies perfectius & crebrius reno-  
uare; opere ipso eosdem exhibere, alios  
ad idem verbo, & exemplo exstimulare,  
eundem zelum omnibus obnixè à Deo  
flagitare, idque ob easdem causas i. pun-  
cto insinuat, Feruor in hoc zelo profi-  
ciendi.

Qua-